R.478518

Incipit tabulã huius preſentis opuſculi

Quod ſit inacceſſibilis lux vbi dominus habitat ca.i
Quod ĩ deo ſit armonia odor ſapor bonitas pulchritudo ineffabili modo. ca.ii.
De ſummo bono. ca.iii.
Quot et quanta ſunt fruentibus deo ca.iiii
Quod in deo ſit gaudiũ plenũ quod ꝓmittitur. ca.v.
Oratio ſerui dei ſe totũ deo cõmittentis. ca.vi.
Conſideratio periculorum. ca.vii
De cauſis quibus excitamur ad amorem dei. .viii.
Ad accendendum amorem dei in ſe. .ix.
De meditatione anime ſue. ca.x.
Oratio ſerui dei de ſe ſimiliter ſcientis. ca.xi.
Oratio ad ieſum chriſtum pro deſiderio ipſius. ca.xii.
Conqueſtio peccatoris. xiii.
Quam amara res ſit peccatum. xiiii.
Exponit coram deo miſeriam ſuam. xv.
Peccator animam ſuam alloquitur. xvi.
In quo poſſit reſpirare peccator. xvii.
De captiuitate et miſeria hominis. xviii.
Quam prompti ſumus ad malum: quam lapidei ad bonum. ca.xix.
Conſideratio diſtricti iudicis. ca.xx.
Lamentatio peccatoris ſeipſum punientis. ca.xxi
De triplici abyſſo. xxii.
De tribus abyſſis. xxiii.
Quid ſit peccare. xxiiii.

Finis tabule deo gratias.



Incipiunt meditationes beati Auguſtini.

Eya tunc homuntio fuge paululum occupatio
nes tuas: et abſconde te modicum a tumultu
oſis agitationibus tuis. abice nunc oneroſas
curas tuas: et poſtpone laborioſas diſtractio=
nes tuas. vaca aliquantulum deo: et requieſce aliquan=
tulum in eo. Intra in cubiculum tue mentis. exclude om
nia preter deum: et qui te inuitent ad querendum eum.
et clauſo hoſtio quere iſtum. Dic nunc totum cor meum.
dic nunc deo: quero vultum tuum. vultum tuum domi=
ne requiro. Eya nūc ergo tu domine deus meus. doce cor
meum vbi et quomodo te querat vbi et quomodo te inue
niat. Domine ſi hic non es: vbi te queram abſentem? Si
autem vbiq; es: cur te nō video preſentem? Sed certe ha
bitas lucem inacceſſibilem: et nō eſt lux inacceſſibilis aut
quando accedam in lucem inacceſſibilem aut quis me du
cet et inducet in illam vt videam te in illa. Deinde qui=
bus ſignis: qua facie te queram. Nunquam te vidi deus
meus. non noui faciem tuam. Quid faciet altiſſime do=
mine. quid faciet iſte tuus longinquus exul. Quid faciet
ſeruus tuus anxius amore tui: et longe proiectus a facie
tua. Anhelat videre te. et nimis abeſt illi facies tua. acce=
dere ad te deſiderat: et inacceſſibilis habitatio tua. Inue=
nire te cupit: et neſcit tuum locum. Querere te affectat et ig
norat vultum tuum. Domine deus meus es. et dominꝰ
meus es: et nunq̄ te vidi. tu me feciſti et refeciſti: et om=
nia bona mihi cōtuliſti. et nōdū noui te. Deniq; ad viden
dū te factus ſum. et nondum feci propter quod factus ſū.
O miſera ſors hoīs eſt: hic ꝑdidit ad quod factꝰ eſt: O quā
dirꝰ et durꝰ caſus ille. heu q̄d ꝑdidit ⁊ q̄d īuenit. q̄d receſſit
q̄d remāſit. ꝑdidit b̄titudinē ad quā fc̄us ē et īuēit miſeriā

propter quam factus non eſt. Abſceſſit ſine quo nihil fe=
lix eſt: et remanſit quod per ſe non niſi miſerū eſt. Mandu
cabat tunc homo panem angelorum: quem nunc eſurit.
Manducat nunc panem dolorū: quē tunc neſciebat. Heu
publicus luctus hominum: vniuerſalis planctus filiorū
ade. Ille ructabat ſaturitate: nos ſuſpiramus eſurie. Ille
abūdabat: nos mendicamus. Ille feliciter tenebat et mi=
ſere deſeruit: nos infeliciter egemus et miſerabiliter deſi
deramus. Cur non nobis cuſtodiuit illud: cū facile poſſet
quo tam grauiter caremus? Quare ſic nobis obſerauit
lucem: et obducit nos tenebris. vt quid nobis abſtulit vi
tam et inflixit mortem erūpnoſam. vnde ſumus expulſi
quo ſumus impulſi. vnde precipitati quo obrupti. A pa=
tria in exiliū: a viſione dei in cecitatem mentis. a iocundi=
tate immortalitatis in amaritudinē et horrorem mortis.
miſera mutatio eſt de quāto bono in quātū malum. Gra
ue dampnum eſt grauis dolor eſt graue totum eſt. Sed
heu me miſerum de miſeris filiis eue elongatis a deo. q̄d
incepi. quid effeci: quomodo tendebam quid querebā: ad
quid aſpiraui: in quibus ſuſpiro? Queſiui bona ⁊ ecce tur
batio: tendebam in deum et offendi in meipſum. requiem
querebam in ſecreto meo: et tribulationē et dolorē inueni
in intimis meis. volebam ridere a gaudio mentis mee: et
cogor rugire a gemitu cordis mei. Sperabatur leticia: et
ecce vnde debētur ſuſpiria. et tu dñe vſq̄quo. vſquequo do
mine obliuiſceris nos: vſquequo auertis faciem tuā a no
bis. quando reſpicies et exaudies nos? quando illumina=
bis oculos noſtros et oſtendes nobis faciem tuā. quando
reſtitues te domine nobis? Reſpice domine exaudi: illu=
mina nos: oſtende nobis teipſum: reſtitue te nobis vt be=
ne ſit nobis: ſine quo tā male eſt nobis. miſerere labores
noſtros et conatus noſtros ad te qui nihil valemꝰ ſine te

Inuita nos.adiuua nos.obſecro ne deſperem ſuſpirando
ſed reſpirem ſperando.obſecro dñe amaricatū eſt cor me=
um ſua deſolatione.in dulcora illud tua conſolatione. ob
ſecro dñe eſuriens incepi querere te . ne deſinā ieiunus a
te.famelicus acceſſi ne recedam īpaſtus . pauper veni ad
diuitem.miſer ad miſericordē.ne recedam vacuus et con
temptus. et ſi antequā comedā ſuſpiro . da poſt ſuſpiria
vt comedā. Dñe incuruatus non poſſum niſi deorſū aſ=
picere.erige me vt poſſim ſurſum intendere. Iniquitates
mee ſupgreſſe ſunt caput meum.obuoluerūt me:et ſicut
onꝰ graue grauāt me. euolue me. exonera me.ne vrgeat
puteus eaꝝ os ſuum ſuper me.liceat mihi vel de longe ſu
ſpicere lucem tuam vel de pꝛofundo. Doce me querere te
et oſtende te querenti.q̄a vere querere te non poſſum niſi
tu doceas.nec inuenire niſi tu oſtendas te.queram te deſi
derando.deſiderem te querendo.inueniā amando.amem
inueniendo. Fateor dñe et grās ago:ꝙ creaſti in me hanc
imaginē tuā vt tui memor.te cogitem.te amē.ſed ſic ē ab
olita attritione viciorū. ſic eſt obfuſcata fumo peccatorū:
vt nō poſſit facere ad quod facta eſt. niſi tu renoues et re
formes eam.non tento dñe penetrare altitudinem tuam
quia nullatenus cōparo illi intellectum meū.ſed deſidero
aliquatenꝰ itelligere veritatē tuam:quā credit et amat coꝛ
meū. neq; enim quero intelligere vt credam: ſed credo vt
itelligā.nam et hoc credo:quia niſi credidero nō intelligā

## Quod ſit inacceſſibilis lux vbi deus habitat.

Ere dñe hec eſt lux inacceſſibilis in qua habitas vere
enim non eſt aliquid quod hanc penetret vt vbi prouide=
at. vere ego ideo hanc non video : quia nimia mihi eſt: et
quicquid video per illā video .ſicut infirmus oculus q̄ qđ

videt per lucem ſolis videt: quam in ipſo ſole nequid aſpi
cere non poteſt intellectus meus ad illam. nimis fulget:
non capit illam. nec ſuffert oculus anime mee diu inten=
dere in illam. reuerberatur fulgore. vincitur amplitudie
obruitur immēſitate. confunditur capacitate. O ſumma
et inacceſſibilis lux. o tota et beata veritas ꝙ lōge es a me
qui tam prope tibi ſum. quā remota es a conſpectu meo.
qui ſic p̄ſens ſum in conſpectu tuo: et ad te non poſſū ac=
cedere, intra me et circa me es: et te non ſentio.

## Quod in deo ſit armonia. odor. ſapor. bonitas. pulchritudo. ineffabili mō.

Dhuc lates dn̄e animā meā in luce et btītudine tua
et idcirco verſatur illa adhuc in tenebris et miſeria
ſua. circūſpicit eni et nō videt pulchritudinē tuā. auſcul=
tat et nō audit armoniā tuā. olfacit et nō ꝑcipit odorem
tuū. guſtat et non agnoſcit ſaporē tuū. palpat et non ſen
tit lenitatē tuā. habes eni hec in te dn̄e deus: tuo ineffabi
li modo: qui ea dediſti rebus a te creatis ſuo ſenſibili mo=
do. ſed obriguerūt et obſtupuerūt. ſed obſtuli ſunt ſenſus
anime mee: vetuſto lāguore peccati. Quid es dn̄e et q̄tū
es? Quid te intelliget cor meū? Certe vita es. Sapientia
es. veritas es. bonitas es. beatitudo es. oē bonū es.

## De ſummo bono.

xcita nunc anima meā: et erige totū intellectū: et co
gita q̄tū potes quale et q̄tū ſit illud bonū. Si ſingu
la bona delectabilia ſunt: cogita intente ꝙ delectabile ſit
illud bonū: ꝙ cōtinet iocūditatē oīm bonorū: et non qua=
lem in rebus creatis ſumus experti. ſed tanto differentē:

q̄tum differt creator a creatura. Si eni̅ bona eſt vitā crea
ta: q̄ bona eſt vita creatrix? Si bona et iocunda eſt ſalus
facta: quā iocūda eſt ſalus que fecit omnino ſalutem. Si
amabilis ſapientia in cognitione rerum conditarū. quaꝫ
amabilis eſt ſapientia que omnia condidit ex nihilo? De
niqꝫ ſi multe et magne delectationes in rebus delectabili
bꝰ: q̄lis et q̄ta ē delectatio in eo qui fecit ipſa delectabilia

## Quot et quāta ſunt fruentibus deo.

Qui hoc bono fruitur. quid illi erit et quid non erit.
Certe quicq̄d volet erit: et q̄d nollet non erit. Ibi quip
pe erunt bona corporis et anime. qualia nec oculus vidit
nec auris audiuit. nec cor hominis cogitauit. Cur ergo ꝑ
multa vagaris homūtio querendo bona anime tue et cor
poris. Ama vnum bonū in quo ſunt omnia bona: et ſuffi
cit. deſidera ſimplex bonū q̄d eſt oē bonū et ſatis eſt. Quid
enim amas caro mea. quid deſideras aīa mea? Ibi ē quic
quid amatis. quicquid diſideratis. Si delectat pulchritu
do: fulgebūt iuſti ſicut ſol. Si velocitas aut fortitudo aut
libertas corporis: cui nihil obſiſtere poſſit. erunt ſimiles
āgelis dei. quia ſeminatur corpus animale: et ſurget cor
pus ſpirituale. poteſtate vtiqꝫ nō natura. Si longa et ſa=
lubris vita. ibidem ſana eternitas et eterna ſanitas. quia
iuſti imꝑpetuum viuent: et ſalus iuſtorū a dn̄o. Si ſatie=
tas. ſatiabitur cum apparuerit gloria dei. Si ebrietas. in
ebriabuntur ab vbertate domus dei. Si melodia ibi an=
geli concinunt ſine fine deo. Si quelibet non immūda
ſed munda voluptas: torrente voluptatis ſue potabit eos
dominus. Si ſapientia: ipſa dei ſapientia oſtendet ſeipſā
ſapientiam Si vero amicitia diligunt: deum pluſquam

ſeipſos:et inuicē tanquā ſeipſos: et deus illos pluſquā
illi ſeipſos:quia illi illū:et ſe inuicem per illum:et ille ſe:et
illos per ſeipſū. Si concordia.oib⁹ illis erit vna voluntas
Si poteſtas.omnipotēs erit eis voluntas ſua vt deo ſuo
Nam poterit deus ꝙ volet per ſeipſum.ita potuerunt illi
quod volent per illum . quia ſicut illi non aliud volent ꝙ
ille:ita ille volet quicquid illi volent et quod ipſe volet: nō
poterit non eſſe. Si honores deſiderentur et diuitie:deus
ſeruos ſuos bonos et fideles ſupra multa conſtituet.imo
filii dei et dii vocabuntur:et vbi erit filius dei erunt et illi
heredes qdē dei.coheredes autē chriſti. Si vera ſecuritas
certe ita certi erūt.nūquā et nullaten⁹ deeſſe iſta. vel poti-
us iſtud bonū defuturū: ſicut certi erunt ſe non ſua ſpōte
illud amiſſuros.nec dilectorem dñi illud dilectoribus ſuis
inuitis ablaturū.nec aliud deo potentius inuitos dñi et il
los eē ſuperaturū Gaudiū vero quale aut quātum eſt vbi
tale ac tantū bonum eſt. Cor humanū.cor indigēs.cor ex-
pertū erūnas. immo obruptū erūnis : quantū gauderes
ſi his oībus abūdares.interroga intima tua ſi capere poſ
ſint gaudium ſuum de tanta beatitudine ſua . ſed certe ſi
quis alius quē oīno ſicut teipſum diligeres· eandem bea
titudinem haberet.duplicaretur gaudiū tuum:quia non
minus gauderes pro eo : ꝙ pro teipſo . Si vero duo vel
tres vel multo plures adhererent.tantūdem pro ſingulis
ꝙtum pro teipſo gauderes:ſi ſingulos quātū teipſū ama
res. ergo in illa perfecta caritate īnumerabiliū btōrū an-
gelorum et hominum vbi nullus minus diligit alium ꝙ
ſeipſum . non aliter gaudebit quiſq₃ pro ſingulis aliis ꝙ
pro ſeipſo. Si ergo cor hominis de tanto ſuo bono vix ca
piet gaudium ſuum: quomodo capax erit tot et tantorū
gaudiorum : et vtiq₃ quoniam quantūſq₃ diliget aliquē

tantum gaudebit de bono eius. ſicut in illa perfecta felici
tate vnuſquiſq; plus amabit ſine comparatione deum q̄
ſe. et omnes alios ſecum ita plus gaudebit abſq; eſtima-
tione de felicitate dei. quam de ſua et omnium aliorū ſe-
cum. ſed deum ſic diligent toto corde. tota mente. tota ani
ma. vt tamen totum coꝛ. tota mens. tota anima. non ſuf
ficiat dignitati dilectionis. Profecto: ſic gaudebunt toto
corde, tota mente. tota aīa. vt tamen totū coꝛ. tota mens
tota anima non ſufficiat plenitudini gaudii.

¶ Quod in deo ſit gaudium plenum quod promittitur

Eus meus, et dominus meus. ſpes mea. et gaudiū
cordis mei. Dic anime mee ſi hoc eſt gaudiū de quo
nobis dicis per filium tuum. petite et accipietis vt gau-
dium veſtrum ſit plenum. Inueni nanq; gaudium quod
dam plenum et pluſquam plenum. pleno quippe corde.
plena mente. plena anima. pleno toto homine gaudio il
lo. et adhuc ſupererit ſupra modum gaudium. Non ergo
totum illud gaudium intrabit in gaudentes. ſed tot gau
dentes intrabunt in gaudium. Dic domine dic ſeruo tuo
intus in corde ſuo. Si hoc eſt gaudium in quo intrabunt
ſerui tui: qui intrabunt in gaudium domini ſui. ſed gau
dium certe in quod intrabunt electi tui. nec oculus vidit.
nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcendit. Nundum
ergo dixi aut cogitaui domine. quantum gaudebunt illi
beati tui. vtiq; tantum gaudebunt quantum amabunt.
tantum amabunt. quantum cognoſcent. quantum cog-
noſcent te: tantum domine tunc et amabunt. Certe nec
oculus vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcen-
dit in hac vita. quantū te cognoſcent et amabūt in illa vi

ta. Oro deus vt cognoſcam te. amem te vt gaudeā de te.
Et ſi non poſſum in hac vita ad plenum vel proficiam in
dies vſqꝫ deueniat illud ad plenū. proficiat in me hec no=
ticia tua et ibi fiat plena. creſcat amor tuus et ibi ſit ple=
nus. vt hic gaudium meum ſit in ſpe magnum: et ibi ſit
in re plenum. Domine per filium tuum iubes immo cō
ſulis petere et promittis accipere vt gaudium noſtrū ple=
num ſit. Peto domine ꝙ conſulis per admirabilem conſi=
liarium tuum accipiam quod promittis per veritatē tuā
vt gaudium meum plenum ſit. Meditetur interim inde
mens mea. loquatur inde lingua mea. amet illud cor me
um. ſermocinetur os meum. eſuriat illud anima mea. ſiti
at caro mea. deſideret tota ſubſtantia mea: donec intrem
in gaudium domini mei. Qui eſt trinus et vnus deus be
nedictus in ſecula Amen.

¶ Oratio ſerui dei ſe totum deo cōmittentis.

Eus pater omnipotens et bone domine miſerere
mei peccatoris: et da mihi veniam peccatorū meo
rum: cauere vincē omnes inſidias et temptationes et de
lectationes noxias: perfecta mēte et actu vitare que pro=
hibes: facere ⁊ ſeruare que iubes: credere et ſperare et ama
re. viuere quantū ſcis et vis. Da mihi domine cōpunctio
nem pietatis et humilitatis. diſcretam abſtinentiam. car
nis mortificationem. ad te amandum et orandum. me=
ditandum. laudandum: ad omnē ſecundum te cogitatū.
puram. ſobriam. deuotam. veracem mentem et efficacē.
Da mihi domine mandatorum tuorum notitiam. dile=
ctionem facilitatem et effectum. Semper domine ad me
liora cum humilitate proficere et nūquā deficere. Ne de=

relinquas me dominē mi. ne humane infirmitati vel ig=
nominie. neq; meritis meis. nec vlli alii rei: niſi diſpoſiti=
oni tue. Tu domine clementer diſpone me: et omnes co=
gitationes et actus meos in beneplacito tuo vt fiat a me
et in me et de me tua ſemper ſolum voluntas: et libera me
domine ab omni malo: et da mihi omne bonum et teipſū
vt gaudiū meum plenū ſit in te: qui es vita eterna amen

¶ Conſideratio periculorum.

Jhil morte certius. nihil incertius hora mortis. Co
gitemus ergo quā breuis ſit vita noſtra. quā via lu
brica. quā mors certa et hora mortis incerta. Cogitemus
quātis amaritudinibus ammixtum ſit. ſi quid dulce aut
iocundum in via huius vite occurſu ſuo nobis alludit. ꝙ̄
fallax et ſuſpectum ꝙ̄ inſtabile et tranſitorium: et quicq̄d
huius mundi amor parturit. quicquid ſpes aut pulchri=
tudo tp̄alis promittit. Conſideremus et que ſit patrie ce=
leſtis ſuauitas aut dulcedo: et attēdamus et ppēdamus
vnde cecidimus et vbi iaceamus. quid pdidimus et quid
iuenimus: vt ex vtroq; itelligamus quantū nobis in hoc
exilio lugēdum ſit. Hinc enim ſalomon ait. Qui apponit
ſciētiam apponit et dolorem: quia quātomagis homo in
telligit mala ſua: tanto amplius ſuſpirat et gemit. Medi
tatio ſiquidem parit ſciētiam. ſciētia compūctionē. com=
pūctio deuotionem. deuotio commēdat oratiōem. Medi
tatiōe aſſidua homo ad cognitiōem ſui illumiatur. in cō=
pūctiōe ex cōſideratiōe malorum ſuorum cor interno do
lore tāgitur.

¶ De cauſis quibus excitamur ad amorem dei.

Jſer ego q̄tū deberem diligere deū meū qui me fecit
cū nō erā. redemit cū perierā. nō erā et de nihilo me fecit.

Non arborem.non auem.non aliquod de animalibus:ſꝫ
hominem me voluit eſſe.Dedit mihi viuere.ſētire.diſcer
nere.perieram.et ad mortalem deſcendit.mortalem ſu=
ſcepit.paſſionem ſuſcepit.mortem vicit.et ſic me reſtaura
uit.ſic gratia eius et miſericordia eius ſemper preuene=
runt me.de multis etiam periculis ſepe liberauit me libe
rator meus.Quando errabam corripuit me.quando cō
triſtabar conſolatus eſt me.quando deſperabam confor=
tauit me.qnando cecidi erexit me.quādo ſteti tenuit.quā
do iui direxit.quando veni ſuſcepit.Hec et multa alia fe=
cit mihi deus meus.de quibus dulce mihi erit ſemper lo=
qui.ſemper cogitare.ſemper gratias agere.vt pro oībus
beneficiis ſuis poſſim eum laudare ⁊ amare.Pro hiis enī
omnibus quid illi rependam non habeo:niſi tantū vt dili
gam.Non enim melius nec decentius ꝙ per dilectionem
rependi poteſt.quod per dilectionē datum eſt

Ad accendendū amorem dei in ſe.

Conſidera o homo qnid tibi erat.et quid tibi factum
ſit.et penſa qui tibi hec fecit.quāto amore dignꝰ ſit.
Intuere neceſſitatē tuā et bonitatē eius.et vide quas gra
tias reddas.et quātū debeas honori eius.In tenebris.in
lubrico.in deſcenſu ſuper irremeabile chaos inferni eras
immenſum et quaſi plumbeum pondus pendens a collo
tuo deorſum te trahebat.et onus importabile deſuper te
premebat.hoſtes inuiſibiles toto conatu te impellebant.
ſic eras ſine omni auxilio:et neſciebas.quia ſic conceptus
et natus eras.In tenebris erā:q̄a nihil nec meipſū ſciebā.
In lubrico:q̄a imbecillis ad lapſū pctī erā. In deſcēſu erā
quia ſuper chaos inferni pondus originalis pctī deorſuꝫ
me premebat: et inimici mei demones.vt me aliis pctis

dampnabiliorē facerent vehementer inſiſtebant: ſi omni
auxilio deſtituto: illuxiſti oſtendiſti plumbum trahens et
onus grauans: et hoſtes impellentes. reieciſtiqꝫ peccatuꝫ
in quo natus et cōceptus eram: et dāpnationē amouiſti:
et malignos ſpiritus ne vim anime mee facerēt prohibui
ſti: chriſtianū vocari me feciſti de nomine tuo per quod et
ego confiteor: et tu cognoſcis me: inter redēptos tuos ere
xiſti et eleuaſti me ad notitiā et amorem tuum. feciſti me
confidere de ſalute anime mee: pro qua dediſti animā tu=
am: et mihi ſi te ſequerer promiſiſti gloriam tuam: et ec=
ce cum nundum te ſequar ſicut conſuluiſti: ſed inſup mul
ta peccata fecerim que prohibuiſti: adhuc expectas vt ſe=
quar et dones quod promiſiſti.

Meditatio ad excitandū animā ſuā.

Conſidera anima mea. intēdite omnia intimā mea
quantū illi debeat tota ſubſtancia mea: certe domi=
ne quia me feciſti: debeo amori tuo meipſum totuꝫ: quia
me redemiſti: debeo meipſumt otum. immo debeo amo=
ri tuo pluſquā meipſum: ꝙtum tu es maior me: pro quo
dediſti teipſum: et promiſiſti teipſum. fac precor domine
guſtare per affectum: quod ſentio per intellectum plus ti
bi debeo quā meipſum totum: ſed nec plus habeo nec hoc
ipſum per me poſſim reddere. Trahe domine in amorem
tuum vel hoc totum quod ſum: tuum eſt conditōe: fac tu
um dilectione. ecce domine coram te eſt cor meum. cona=
tur: ſed per ſe non poterit. fac tu ꝙ ipſum non poterit. ad
mitte me intra cubiculum amoris. peto. quero. pulſo qui
me facis querere fac accipere. Das querere: da inuenire:
doces pulſare: aperi pulſanti. cui das ſi negas petenti. qs
inuenit ſi querens fruſtratur. cui aperis ſi pulſanti clau=
dis quid das non oranti: ſi amorem tuum negas oranti.
A te habeo impetrare adherere importune anima mea.

Bone dñe fac eā ꝑticipē amoris tui. Languet. refocilla il
lam ſanet eam dilectio tua. Jmpinguet eam affectus tu
us. impleat eam amor tuus. occupet me totum et poſſi=
deat totum. Oratio ſerui dei de ſe humiliter ſentiētis.

Cio me. ſcio et fateor: quia non ſum dignus tu dili=
gas: ſed certe non eſt indignus ſeruitio creature tue
Da ergo mihi dñe vnde tu es dignus: et ego ero dignus
vnde ſum indignus. Fac quo modo vis a peccatis ceſſare
vt quomodo volo poſſim tibi ſeruire. cuſtode mihi ſic cu=
ſtodire et regere et finire vitam meam vt in pace dormiā
et requieſcā in te. Preſta mihi in fine vt me accipiat ſom=
nus cum requie. requies cum ſecuritate. ſecuritas in eter=
nitate. per chriſtum dominum noſtrum.

Oratio ad ieſū chriſtum pro deſiderio ipſius.

Omine ieſu chriſte. redemptor meus. miſericordia
mea. ſalus mea. te laudo. tibi grās ago. tua me do=
mine bōitas creauit. tua miſericordia me ab origiali pec=
cato mūdauit. tua patiētia poſt illā emūdationē in aliis
peccatorū ſordibus voluptatū. hactenus tolerauit nutri
uit expectauit. dñe meus. creator meus. victor meus ad=
iutor meus. te ſitio. te eſurio. te deſidero. ad te ſuſpiro. tē
cōcupiſco. benigniſſime. ſuauiſſime. te volo. te q̄ro: tē ſpe=
ro. Renuit conſolari anima mea. niſi de te dulcedo mea.
age iam domine appare mihi conſolatus ero. oſtende mi
hi faciem tuam et ſaluus ero. exhibe preſentiā tuā. et im
ple deſideriū meū. Reuela gloriā tuam: et perfectum erit
gaudiū meū. Sitiuit in te anima mea: ꝙ multipliciter ti
bi caro mea. quando veniet cōſolator meus quē ego expe
ctabo. O ſi quando videbo gaudiū meum quod deſidero

o ſi deſiderabor cum apparuerit gloria eius quam eſurio
oſi inebriabor ab vbertate domus tue ad quã ſuſpiro Si
potabis me torrẽte voluptatis tue quã ſitio . da mihi do
mine in hoc exilio panẽ doloris et lachrymarũ quẽ eſurio
ſup omnẽ copiã deliciarũ. ſint mihi dñe in terra lachrime
mee panes die ac nocte donec dicatur mihi : ecce deus tu-
us. donec audiã ecce ſponſus tuus. paſce me dñe interim
ſingultibus meis. refocilla me doloribus meis.

Conqueſtio peccatoris.

Eus meus qualem me feci qualis eram. deus qua-
lem me feciſti: et qualẽ me interim feci. In peccatis
enim conceptus et natus: ſed abluiſti me. ſãctificaſti me.
in neceſſariis erã tunc natus: nunc ſum in ſpontaneis vo
lutatus . Heu me miſerũ et nimis miſerũ . nimis eni mi-
ſerũ quẽ torquet conſcientia ſua: quã fugere nõ poteſt. ni-
mis eni miſerũ quẽ expectat dãnatio ſua quã vitare non
poteſt. Nimis infelix: qui ſibi eſt horribilis. nimis infelici
or : cui mors eterna ſenſibilis. nimis erũnoſus: quẽ ter-
rent continui de ſua infelicitate errores. nimis erũnoſior
quem torquebunt eterni pro ſua iniquitate dolores. ma-
lum hoc : et malum hoc: ſed nimis hoc et nimis

Quam amara res ſit peccatum.

Eccare quã amara reset mala. pctã ꝙ faciles aditus
quã difficiles exitꝰ habetis: dũ ſuadetis mugitis poſt
quã pſuaſeritis vſq ad mortẽ aĩe pungitis pctõres quos
inducitis in quos vectes vos includitis. Intelligite qa ma
lum et amarũ eſt relinquere deũ. qui peccatis redite: et no
lite peccare. nolite inquã nolite: malũ eſt et amarũ. nolite
vere malũ et amarũ eſt. exptus ſum. in hoc ipſo ſim . aut
eni cõtinui dolores cruciabũt penitẽtẽ vitã meã. aut eter-
ni cruciatus vexabunt puniendam animam meã vtrũq
malũ eſt: et amarũ vtrũq. libera me ab vtroq.

Anima mea ante omnia: et ſicut interitum moneo caueas: ne in recordationibus malorum tuorū alicuius diaboli laqueos incurras quos multi incauti incurrunt: qui dum mala ſua quaſi pro eis plorantes: ante mētis oculum reducunt: per eaſdam recordationes in ipſas malorum delectationes inſipienter incidunt.

## Exponit coram deo miſeriam ſuam.

Sepius enim ſine cauſa vtilitatis alicuius cum aliquo loqui incipio ſtatim detractionem concurro. vel pro aliqua re imprudenter iuro: vel vicio curioſitatis inepte ſuccumbo vel malarum cogitationū turpitudinis motus illicitos et īpudicos in ipſis interioribus meis ſuſtineo. Heu tante infelicitati tante perditioni: dum enim que retro ſunt obliuiſceris: ad ea que ante ſūt oſtendere volo. ſubito neſcio qua miſeria me relabi ad inania et noxia conſpicio: et tanquam mors ſubita interueniens vel quemadmodū canis rabidus: qui nec percuſſus a latratione hominis ſe tēperat: carnalis delectatio perforat mentem meam. et pro ſuaui odore virtutum. ſentio intollerabilem ad tetrum fetorem interior eſt fetor dulciſſime dn̄e ieſu: et expando coram te omnes iniquitates meas quas intus ſuſtineo in anima mea. Sūt autem hec mala mea ſcilȝ. ira impacientia inimica deo et omnibus ſanctis odioſa diſcordia. indignatio. rancor animi tedium mētis voracitas gule murmuratio deſideriū voluptatis. delectatio carnis. tēpeſtas libidinis et multa his ſimilia: qbus verſatur et afficitur. laceratur et diſcerpitur infelix anima mea quā tollerabilius carnis putridus fetet hominibus quaȝ aīa peccatrix deo. quam infelicius iſta deo quā ille hoib9.

¶ peccator animã ſuã alloquitur.

Anima mea arbor infructuoſa vbi ſunt fructus tui. Arbor digna ſecuri: et igne digna ſuccendi et incendi qui ſunt fructus tui. Vtiqꝫ ſpine pũgentes et amara pocula. que vtinã ſic te penitẽdo pũgerent vt cõſtringerẽtur ſic amareſcerẽt vt euaneſcerẽt. Forſitã paruũ quid putas aliquod peccatũ. ſed heu nõne omne peccatũ per p̄uaricationẽ deũ exhonorat. Quod ergo deũ exhonorat q̄ prauũ eſt? Audebit igit᷑ peccator aliquod peccatũ prauũ eſtimare.

¶ In quo poſſit reſpirare peccator.

Jeſu bone dn̄e cur de celo veniſti. Quid mũdo feciſti. ad quid te morti dediſti: niſi vt peccatores ſaluares: quoꝝ maximus ego ſum. Reſpira ergo peccator. Reſpira ne deſperes. ſpera in eo quẽ times. affuge ad eum a quo aufugiſti. Jnuoca importune quẽ ſuperbe ꝓuocaſti. Jeſu propter nomẽ tuũ fac mihi ſecundũ hoc nomẽ ieſu: obliuiſcere ſuperbũ prouocantẽ. Reſpice miſerũ inuocantẽ nomẽ dulcẽ. nomẽ delectabile. nomẽ confortãs peccatorẽ. et nomen vere ſpei. Quid eſt enĩ ieſus niſi ſaluator. ergo propter temetipſũ eſto mihi ieſus. noli dn̄e noli ſic attendere malũ meũ vt obliuiſcaris bonũ tuũ: o bone dn̄e. Si ergo omiſi vnde me dãnare potes: tu ne amiſiſti vnde ſaluare ſoles. ſi mihi caſtitatẽ meam ademi: nũquã miam tuam peremi. verũ eſt quia cõſciẽtia mea meretur dãnationem et penitẽtia mea nõ ſufficit ad ſatiſfactionẽ. ſed certũ ē q̄a mia tua ſupat omnẽ offenſionẽ. parce ergo tu dn̄e qui es ſalus: et qui nõ vis mortẽ pctõris: miſerere peccatrici aĩe mee. ſolue vincula eius. ſana vulnera ei⁹. Ecce miſericors dn̄e corã te exhibeo aiam meã interius virtutũ diſſolutã.

cathenis viciorū ligatā pondere peccatorū congrauatam
delictorū ſordibus fedatā. diſciſā vulneribus demonū: pu
tridā et fetidā vlceribus criminū. his et aliis grauibꝰ ma-
lis. que melius me vides obrutā oppreſſā circūdatā obuo
lutā: bonorū oīm releuamine deſtitutā. Ecce quāta coar-
tat me miſeria: ſubueni ſuccurre o immenſa miſericordia

### De captiuitate et miſeria hominis.

Eu miſer heu miſer ſemp et vbiqꝫ miſer. quāta cap-
tiuitas miſeri hois. ſi male viuit apta eſt dānatio. ſi
recte qͦ̄ē viuere videtur: ſed incaute ſe cuſtodiēs inde glo-
riatur: iterū eſt miſero certa mors et eterna dānatio. Iſti
ſunt inimici miſeri hois. ſupbia inuidia inanis gl̅ia: que
infelicē grauius infeſtant. et niſi miſericordia eum tuea-
tur: ſepius vſqꝫ ad mortē vulnerat. Libera me dn̄e ab his
hoſtibus meis: a quibus me liberare non valeo.

### Quā proni ſumus ad malum quā lapidei ad bonum.

Eruerſū eni et peſſimū cor meū ad deplorāda perpe
trata pctā. lapideū et aridū ad reſiſtēdū vero i̅ſultibꝰ
molle et luteū. Ad inutilia et noxia tractāda velox eſt ⁊ in
fatigabile ad cogitāda ſalubria faſtidioſū et imobile. Aīa
mea diſtorta et deprauata: ad p̄cipitādū et volutandū ſe
